



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

**Tit. 5. De litis contestatione.**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](#)

q[ui]s[on]is inf[ormationis] de rebus q[ui] solvit. Sicut &c, quando p[ro]prio actori altiorum exigit indaginem & dilatationes plures, disserit debet conventionis, atque expediri reconventionis, & contra: qua de re fusa est Maria. Socin. in c. Prudentiam 2. h. t[er]m 17. Quamvis, & hoc casu, quo inquam, non ambular pariter passus reconventionis cum communione, non minus privilegio protogativo jurisdictionis, subiectaque auctorem aliena jurisdictioni, quam priore calo; illisque coram eodem judge, nullam obstante fori prescriptiuncula, ad causam reconventionis responderem cogatur, d. i. Cum Papinianus, adeo ut, si respondere nolit, Judge eum in causa conventionis audire non debet, arg. l. Murens 43. § pena D. de procur. & c. cod. l. Sed et si 26. §. & adiicitur. D. Ex quibus causis maiores &c.

4. Jam vero quoad formam & ordinem indicati hujus attinet, Judge porrecto ex parte actionis libello conventionis, & ex parte rei libello reconventionis, idque vel ante vel statim post item contestata, de utraque causa, conventionis & reconventionis, simul cognoscet: Ita tamen, ut prius reus ad libellum auctoris, respondeat, deinde auctor ad libellum rei: Et tunc super utraque petitione licet contestata, utriusque causa singulis, vel etiam plures, actus judiciales, vicissim, eodemque die, si fieri possit, expediat, & l. & 2. verific. cum ea inf. de ord. cognit. summa, Clement. Sape, verific. nos usum de verb. significatione semper prærogativâ auctori, ut primò expediatur auctus in causa conventionis, arg. l. Qui prius appellat 29. D. de judic. Abbas in c. 1 n. 7. b. t. Atque ita, si de utraque causa pariter liqueat, utramque una sententia terminabit, d. e. 1. b. tit. Una sententia, inquam; quia eodem die & eodem contextu, ac denique una scriptura proferenda est: Ita tamen, ut primò scribatur caput conventionis, tum reconventionis, & unum post aliud immediatè legatur & proferatur. Atque ita secundum juris dispositionem, & inspectâ rei veritate, tot erunt sententiae, quod causa & lius species, l. Etiam §. 1. D. de minoribus, l. 6. 1 n. 9. b. t. ac proinde revera duæ hic erunt sententiae, sicut sunt duæ causæ, in diem judicij, partim rei convenientis, partim dirimendarum litium favore deducet. Sitamen judex propria causa reconventionis, super conventione sola sententiam proferat, ea ipso jure valebit,

juxta communem in d. c. i. & d. Antik. Et consequenter. Eoque nomine appellationem interpolandam censet Juris. in l. 1. in fine D. sent. quae sine appellat rescind.

Illud denique hic subjiciendum est, auctorem reconventionis, si detrectet respondere ad libellum reconventionis, hanc pati potest, ut non tenetur reus ad ejus libellum respondere, nisi vicissim offerat respondere libello ipsius rei, d. c. i. & 2. b. t. & facit e. fin. in fine inf. De jurement. calumnia.

## TITULUS V.

## De Litis contestatione.

## §. I.

## Quid sit, &amp; quo pacto inducatur.

1. Iudiciorum tres partes.
2. Iudicium impropter sumptum à citatione incepit.
3. Proprie verò sumptum à litis contestatione.
4. Effectus hujus.
5. 6. 7. Quid sit litis contestatio, & quo modo inducatur.
8. 9. Que modo impediatur per protestationem.
10. Per exceptionem preemptroriam.

1. T[em]p[or]e vulgo faciunt partes judicij, latius & impropriè sumptu: Primum à citatione seu in jus vocazione, usque ad litis contestationem: Secundum à litis contestatione usque ad conclusionem in causa sive ad sententiam definitivam exclusivè, in qua parte negotium principale tractatur ac discutitur: Et tertium à sententia definitiva usque ad executionem illius: Expedita igitur prima parte, de secunda porrò videamus: Et quidem primò de litis contestatione, quia hæc inter ea, quæ ad judicium ordinarium seu plenarium necessariò requiruntur, principale fundamentum & veluti basis est. Nam quæ præcedant, ut Judicis competentis additio, citatio, libelli oblatio, & reconventionis, non acta judiciorum, propriè dictorum, sed eorum præparatoria dicuntur & sunt.

2. Etenim licet judicium, latius sumptum, à citatione legitime facta, incipiat, quoad

§. 2. quos.

quosdam Juris effectus , ad quos sola citatio sufficit ; veluti quoad reddendam rem litigiosam , ita ut ejus rei sit prohibita alienatio , *Aucto.* *Litigiosa Cod. de litigiosis* : Quoad inducendam litispendentiam , ut nihil innovari possit , *Clement.* 2. *juncta Glos. in V. ad hoc. Ut lise pendente &c.* ad inducendam præventionem seu præoccupationem , ubi pluribus Judicibus in solidum competit jurisdictio , *I. Si quis postea quam 7. D. de judiciis* ( nam ab uno decretâ citatione , si hæc eidem insinuata fuerit , dicituris præventus citatione , adeo ut citatus desinde ab alio Judgee , concurrentem jurisdictionem habente , comparere coram eo non teneatur , *d. c. o. & l. Vbi acceptum 30 juncta Glos. ibid. D. de judiciis* , *I pen. D. jurisdiction. Iud c. Proposisti sup. de foro compet. juncta Glos. ibid. in V preventus* ) item quoad perpetuandam jurisdictionem Judicis delegati , ita ut morte delegantis , ubi semel emanavit citatione non expireret , *c. Super questionum &c. Gratuum sup. de off. jud. delegatis* ; ad interrumpendam præscriptiōnem longissimi temporis , *xxx scilicet vel 2. annorum* ; prout hæc omnia latius deducta videtur est apud Gaill. *lib. 1. Observ. 74. an. 16. licet* , inquam judicium latius sumptum , quodibusmodi & similes effectus , à citatione incipiatur :

3. Tamen propriè loquendo , ex communione DD. oppinione , à litis demum contestatione incipere dicitur , *d. c. Super questionum, ubi Glos. in V. litis exordium* , latè Gaill. *d. Observ. 74 n. 1.* Ideoque ante litum contestatam actor non dicatur agere vel petere velle , *l. Amplius 13. D. Rem ratam haberi* . Gail. *d. locon. 2.* Idque procedit non solum in causa principali , hoc est in prima instantia , verum etiam in causa appellationis , *I. fin. §. illud cod. de temporibus appellationum, juncta Glos. ibidem in V. exordium* , Gail. *d. loco num. 3.*

4. Hinc antelitis contestationem mutari libellus potest , tam in civilibus quam criminalibus causis , quia nequum propriè potest dici exceptum esse judicium ; non item post , *I. Non potest 23. D. de judicis* : Etiam partium aequaliter consensu , quia actus substantiales judicij , qualis est litis contestatio , cum sit basis & fundamentum judicij , *§. fin. Inst. de pena temere litig cap. Quoniam contra inf. de probat. l. de uno. quoque D. de re judicata* , Gail. *d. loco num. 1. n. c. num. 3.*

queunt consensu partium tolli , *Glossa in e causis V. consensu sup. de off. jud. delegatis* , Gaill. *d. loco num. 9.* Similiter antelitis contestatio , nem potest adhuc recusari Judge , *I. fin Cod. de recept. Glos. in l. Et quia D. de jurisdict. om. Iud in V. antequam* , non etiam potest , *I. Nemo 4. Cod. de jurisdict. om. Iud I. Sed et si suscepit 5. I. D. de judicis* Similiter contra actionem , sine quo rancor judicium esse nequit , *cap. Forum inf. de verb. signif. opponi potest* , quod non habeat personam sua di in judicio : Ut & alia exceptiones fori declaratoria , *l. Inter litigantes & o. D. de judicis Glos. in c. Gratuum in V. quasi sup. de offic. delegato tempore litum contestatam* , qua in censeturis nuntiatum per litis contestationem , quippe cœpto jam judicio .

Item ante litis contestationem procurator , quasi re integrâ adhuc , etiam sine causa , vocari potest : Qui propter ea alium sibi substituere nequit , cum nondum sit factus litis dominus sibi . *S. procuratorem §. si quis mandaverit D. mandatis* : Nisi in rem suam sit constitutus , ut potestatem substituendi à domino habeat . Ne autem post litum contestatam , *cap. 2. de procurat. in 6. lib. Procurat. Cod. eod. l. Filius famili. S. lib. Ante litum 16. cum sequen. D. eod.* quia jam factus est litis dominus , ac proinde substitutus sibi alium potest . Et quia per litis contestationem incipit judicium , idcirco quoque post litum contestatam non potest amplius recusari Judge , *I. Nemo 4. Cod. de jurisdict. om. Iud.* Hinc etiam exceptions peremptoria , si altiorum requirant indaginem , post litum contestatam proponenda sunt , quia respiciunt merita causa principalis , quæ ante litis contestationem disputari non possunt , *cap. 1. b tit. in 6.* Exceptis casibus relatis à Philippo Franco in d. *cap. 1. n. 8. & seq. Videantur hæc latius deducta apud Gail. d. loco.*

5. Litis autem contestatio est rei ad actions vel contraria , actoris ad rei petitionem principalem , negando vel affirmando , coram Judge parte facta responsio , animo contestandi item unicō h. sit.

Debet pura esse responsio , non conditionalis , quia litis contestatio actus est legitimus , qui neque diem neque conditionem recipit , *lib. Actus legitimis 77. D. de R. 1. Mynf. Cent. 3. Obser. 74.*

6. Debet coram Judice fieri: nam si reus ex tra iudicium, id est ante petitionem actoris, in iudicio factam, debitum v.g. confiteatur, non inducitur per hoc litis contestatio: ac proinde nec sententia Judicis definitiva, sed solvendi dumtaxat praeceptum, subsequi debet, l. Si debiti m. i. D. de judicis. Similiter nec per respon sionem rei ad positiones actoris fit litis contestatio, d.e. unico, e. dudum §4. § parsibus sup. delect. Bitt. in Lunica n. 13. C. h. t. nam qui ponit, per hoc non ostendit, se agere velle, ut late ostendit Glossa, m. a. c. unico. Nec etiam que ponit actor semper petit: aliud enim est ponere, aliud petere. Imò multa sè poni, quæ tamen postea non petit per sententiam Judicis sibi adjudicati.

7. Eodem modo nou inducitur litis contestatio per nudam narrationem factam, & secutam respositionem: quia, ut antè dixi, litis contestatio fit solum per petitionem in jure propositam, & responsum, sive statim, sive ex inter vallo secutam, arg. Aut. Offeratur Cod. hoc t. verbis sive affirmativis, sive negativis, Glossa in d.e. unico; sive veritatis, sive crudelitatis (ut dicatur reus, Non credo narrata esse vera) conce pram. Bart. in Lunica Cod. h. t. & animo con testandi item: non quasi necesse fit ad hoc, ut his dicatur contestata, reum expresse dicere, respondere ad petitionem actoris animo li tem contestandi, quia semper ita respondere creditur & presumitur, nisi expresse contrarium protestetur Rota decf. 11. incip. Si pars, in antis quia.

8. Quin etiam, licet protestetur reus, quod item super libello exhibito contestari nolit, & posse simpliciter respondere ad libellum negativè, nihilominus per hoc censetur contestatalis, d.e. unico hoc tit. Ferrarien. in for ma declinatoria j. d. i. n. 4. Ratio est, quia protestatio actui contraria non producit effectum aliquem, e. Cum M. Ferrar. sup. De constitut. & ibid Felin. & communiter Canonista, Gail. 1. Ob serv. 7. num. 6.

9. Ceteroquin litis contestationem impedit protestatio de non contestando, per reum responsum suum subjecta, ut tradunt D.D. in L. unica C. & in e. unico h. t. Si tamen in hac protestatione fallaciter perseveret reus & tergi versetur protestando, ut differat hoc modo iudicium, poterit consumacia ejus per reme-

dia juris coegeri, & ad contestandam item co gi: veluti auctori petenti missionem in bonorum possessionem decernendo ex primo vel secundo decreto: nam ex primo decreto nudam rei detentionem custodia causa & pignoris vice a citor consequitur, nec fructus lucratur; ex se cundo vero, viens posse efficietur; ut postea dicimus. Quamquam si per hujusmodi compulsionem reus sese gravatum senserit, a pellate posset. Panormit. in d.e. unico quia jure Punificio à quolibet gravamine per judicem illato appellate licet, e. De appellat in 6.

10. Sed nec huius fit contestatio, si peremptoria exceptio contra intentionem auctoris à reo obiicitur, Maranta, 6 p. b. t. num. 1. ubi alios citat: quia non negat debitum, v.g. qui si totum exceptiōne assent, nec talis exceptio impedit, quo minus litis contestatio induci debeat; nisi si fit exceptio litis finitæ, velut rei judicatæ, translatiōnis juris iurandi, quæ ante litis contestationem cognosci debet, cap. hoc i. t.

11. Postò ex jam dictis colligitur, litis contestationem induci non solum per simplicem negationem, ut quando reus in iudicio negat simpliciter narrata peractorem, l. unica & ibi Gloss. Cod. h. t. sed & per confessionem, Felin. in d.e. unico: & per verbum dubitatum crudelitatis: ut si dicatur reus, Non credo narrata esse vera, aut vera esse ignoro: uti communiter fieri solet, quando fit per procuratores vel hæredes, aut alios, qui justam ignorantiam pretendere possunt in facto alieno. l. Quamquam 7. D. Ad Vellejanum. Sic etiam inducitur, si dicatur reus Tumentius, uel ex Baldo tradit. Maranta 6 p. b. t. n. 4. Alex. in L. Turpia §4. col. 2. De legat. 1. nisi eiusmodi verba prolatæ fuerint calore iracundia Abbas in d.e. unicum 28 hoc tit. Calvol. in Praxi §. Litis contestatio Conclus. 1 n. 9. Et tunc fit non solum per partes principales, verum etiam per earundem procuratores vel advoca tos, modò responsio eorum ad petitio nes auctorum non fuerit ab ipsis principibus partibus revocata,

c. Cum causam inf. De  
appel.

## §. II.

## De effectibus Litis contestationis.

1. Rem reddit litigiosam.
2. Excludit reum ab exceptionibus dilatorii.
3. Inducit quasi contractum.
4. Interrumpit præscriptionem.
5. 6. Actiones & jurisdictionem judicis perpetuat.
7. Actiones penales facit descendere ad hæredes  
Gc.
8. Ex bona fidei possessore efficit possessionem ma-  
le fidei.
9. Facit quod tutor possit constituere procurato-  
rem.
10. Facit ut ad sententiam definitivam procedi  
possit.

**E**ffectus portò Litis contestationis sunt vari. Nam primò rem deductam in judi-  
cium, tam reali quam personali actione reddit li-  
tigiosam, ita ea ut amplius alienari non possit  
*Authent. Litigiosa Cod. De judicis.*

2. Secundò excludit reum ab omni exceptio-  
ne dilatoria, quia per litis contestationem fin-  
gitur reus exceptionibus hujusmodi renuntiare,  
*I. Pomponius 40. §. ratificationis D. de procurat. l.*  
*Exceptionem C. De probat. cap. Inter monasterium*  
*20. inf. De sent. & re jud. nisi de his ante fuerit*  
*interjecta protestatio, aut judicio accepto ex no-  
va causa emergerint, vel novissimè ad notitiam*  
*rei pervenerint: de quibus postea dicendum erit*  
*ad Tit. de exceptionibus.*

3. Tertiò, à die litis contestatæ currit in-  
stanti, de qua insistendo eidem inter litigato-  
res inducit quasi contractum, *l. 3. §. idem scri-  
bit D. De peculio, Glos. in l. 2. §. fin. D. de Praetor.*  
*stipulat. ita ut actor post litum contestatum re-  
cedere à lite non possit, l. Si servus communus, ubi*  
*Bald. D. de noxalib. aff. Glos. in l. penult. D. de*  
*transact.*

4. Quartò, interrupit præscriptionem, à  
reco inchoatam, *DD. in l. Contradicibus §. 1. & fin.*  
*C. De non numerata pecunia.*

5. Quintò, actiones, morte periturae perpe-  
tuas, & ad quadraginta annos extendit, *l. 1. §. 1.*  
*in fine C. De annuali except. l. fin. C. de præscript. 30.*  
*usq. 40. annorum, modò scilicet lis fuerit con-  
testata coram Judice competente, Guido Papa*  
*sing. 578. n. 2.*

6. Sextò, facit, ut actiones penales, ex deli-  
ctis vel quasi delictis descendentes, ad reorum  
hæredes in solidum transcant, *§. 1. in fine infra.*  
*De perpet. & tempor. aff. quæ alioquin, ex jure*  
*civilis dispositione, non nisi quatenus ad eos*  
*pervenerit, competunt, l. unica Cod. Ex delictu*  
*defunctorum &c. in fine. Licet de jure Pontificis*  
*etiam lite non contestata, hæredes in solidum*  
*conveniri possunt, ut animæ defuncti consula-*  
*tur, cap. fin. inf. De sepult. c. Tua nos inf. De usu,*  
*Atque ita litis contestatio circa id, quod iuri-*  
*est, damna, sumptus, fructus, reliquiasque acci-*  
*siones, lite pendente emergentes, Judicis offici-  
um patit, l. Adilas §. caterum D. De Adilitate ob-*  
*Bo; & ab eius tempore in actionibus stricti ja-  
tis venient fructus, l. Videamus 38. §. si actionem*  
*D. de usu, l. si filius fam. 78. §. ult. D. De verih-*  
*lig.*

7. Septimò, ex bonæ fidei possessore efficit  
possessorem malæ fidei, *l. Certum 22. & l. Morin*  
*26. Cod. De rei vindicat. Menoch. l. 2. presumpt. §.*

8. Octavò, facit, quod tutor possit constitue-  
re procuratorem, *l. Neque C. De procurat. & pro-  
curatoris mandatum confirmat, procuratorem*  
*que facit litis dominum; adeò ut revocari*  
*principali nequeat, & alium constitutere ipse-  
bi possit, l. Quod quis 8. & l. Neque 11. C. De pro-  
curat. Oldrad. Conf. 317. n. 2. Myrl. Cont. 1. Ob-  
serv. 42.*

9. Nonò, jurisdictionem Judicis perpetuas  
et quandoque amplias ac prorogat; adeò ut  
Judicem, alias incompetentem, faciat compe-  
tentem, quod tamen in Clerico non obtinet, ut  
quidem in actione reali, respectu Judicis lice-  
laris.

10. Decimò, facit, ut ad sententiam definiti-  
vam procedi possit de jure communis, ad quam  
sine ea procedi non potest, ut in cap. Si vero etiam  
in Nov. De exhibendis reis 53. cap. 3. Maranta,  
loc. n. 15. DD. int. Quoniam frequenter inf. p. 1.  
Vi lite non contestata &c. Denique alios multos  
operator effectus de quibus videatur Spec-  
cul. de litu contestat. §. penult. & fin.

¶ (†) 9.

TITU